

resistere, aliam vexacionem invenit. Nam oculte dona tribuit et promisit militibus episcopi, ut non omnia sua facta confirmarent vel eis vellent placere. Ex istis quotidianis vexacionibus milites et nobiles episcopi ambas partes contempserunt tamen in secreto et cum modestia. Hoc episcopus, qui erat prudens, intelligens comitem cum suis propriis non amplius audebat agredere vel invadere. Comes similiter hoc senciens vias suas sine timore, quo voluit, dirigebat. Quadam vice comes cum paucis suis Basileam sine timore transivit, Marscalcus⁵⁰⁾, qui erat magister civium, cives cito convocavit. Comitem Rûdolphum persequi faciebat, ipse vero cum paucis persequitur fugientem. Et cum solus festinanter ad inimicos venisset, eum comprehenderunt ac velociter occiderunt. Postea libere, quo voluit, perrexit, quia cives Basilienses propter infidelitatem suorum eum non invadere auebant. Postea comes exercitum congregavit veniensque Basileam collem^{o)} Binningin⁶¹⁾ ascendit, Basilienses obsedit et ibi cum exercitu quinque diebus cum potencia morabatur. Episcopus vero cum civibus eum depellere non auebant, quia cives, quos amicos habuit, inimicos maximos reputavit. |

243, 2—8

Alio tempore idem comes Rûdolphus milites congregavit, obsidere Basilienses ex alia parte Reni voluit, ut gloriam et magnificenciam, eciam potenciam suam iam secundario eis monstraret. Cum autem plus quam trecentos milites congregasset in Brisgaudia⁶²⁾ et prope Basileam potenter transitum facere voluisset, plures ex eisdem se periculo committere^{q)} noluerunt. Comes vero se periculo commisit cum trecentis militibus, prope Basileam transivit, predam secum tulit et viam, quam ceperant, adimplevit. Basilienses eum insequuntur, sed eum comprehendere non valebant.

(243, 25—33)

Prophecia domini baronis de Klingen

1273

Anno domini millesimo ducentesimo^{r)} septuagesimo tercio electus est in regem Romanorum Rûdolphus de Habsburg. Eodem anno erat qui-

o) Hs. collen

p) fol. 176^v ornamentale Zeichnung ohne Text

q) Hs. commitere

r) Hs. ducentessimo

⁵⁰⁾ Ein Mitglied der Familie Marschalk. Jakob Marschalk war Bürgermeister schon 1270/71, nach ihm Konrad Mönch 1271/72, schließlich Peter Schaler 1272/73. Die hier geschilderte Episode fiel aber ins Jahr 1273 (Juli?). (Vgl. Redlich S. 122, Anm. 3).

⁶¹⁾ Binningen, Dorf südlich von Basel.

⁶²⁾ Breisgau, Landschaft um Freiburg.